

nes. Substantiæ corpora sunt per se subsistentia, operationes & affectiones sunt accidentia ad prædicamenta reliqua potissimum quantitatis, qualitatis, actionis & passionis pertinentia. 3. de Cœl. Text. 1.

II. Substantiæ sunt corpora vel simplicia, quæ dicuntur Elementa, vel quæ ex simplicibus constant.

III. Elementum est in quod cætera dividuntur in quibus inest (sive actu sive potentia, quod postea disceptandum) ipsum autem in corpora alia specie diversa dividi nequit. 3. de Cœlo. T. 31.

IV. Leve est quod fertur sursum, grave quod deorsum, utrumque vel absolute, vel respectivè, absolute leve id quod ad summum, absolute grave, ad infimum, respectivè leve & grave, quod duobus levitatem vel gravitatem habentibus minus citò sursum vel deorsum fertur: 4. de Cœlo. T. 3. & seqq.

V. Qualitates Elementis insunt vel $\delta\mu\omega\tau\omega\varsigma$ vel $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\rho\omega\varsigma$. Sine illis Elementa non essent Elementa, nec admixtum consti-